

Petrus Tomicki Cracoviensis et Posnaniensis episcopus regni Poloniae vicecancellarius, Andreae Cricio episcopo Premisliensi.

183

Reverendissime etc. Ago vestrae paternitati gratias, quod ea quae vel fiunt isthic, vel aliunde afferuntur, mihi significare dignatur. Nam prope omnes qui domo sunt ad me recurrunt, ac de successibus rerum moderni temporis à me petunt, quibus et adversa molestiam pariunt, et prospera letitiam.

Quod attinet ad eas querelas hominum, qui nescio quo spiritu inflati de me queruntur, quasi ego causa essem, ut decretum conventus Piotrcoviensis de bello movendo, rescinderetur et irritaretur, ego quid dicam, quidve agam nescio, cum intelligam rem non esse facilem, impenitam multitudinem ab his querelis prohibere, quas in omni infelici reipublice eventu ita invenire antiquitus consuevit, ut post horum minum memoriam nihil unquam acciderit, quod non alicui horum qui reipublice praesunt ascribatur, vel non in quempiam eorum reiciatur. Ego non possum cogitatione assequi, quid de his rebus sciam aliud, quam ea quae fiunt, temporum culpa

agi

1521
agi, quae semper alternis vicibus succedunt,
modo secunda, modo verò adversa ubique
afferendo.

Ista mea militia quam misi cum
regia maiestate, ad me questum misit,
quod iussa sit stare inter ordines terre-
stres cum eo numero equitum, cum quo
ea bonis suis inerunt. Hunc autem equi-
tatum qui est mercenarius ibi esse ve-
lint, ubi praefecti exercitus eum collo-
caverint. Scripsi ego maiestati regia
id intolerabile esse, nec eos utriusque rei
ullo pacto satisfacere posse, et rogavi
ut ita cum eis agatur, sicuti cum his
agitur, qui vel aulici sunt, vel similis
ere merent. Vestra vero paternitas dignetur
apud suam maiestatem eos iuvare,
ut sint voti compotes, qui alioquin re-
ferunt in omni sua necessitate ab ea
se auxilium et defensionem implorare,
nec se spe sua frustrari solere. Ego verò
procuratori meo iniungam, ut in bonis
meis sinat eos vivere, qui sine
alieno incommodo vivere non possunt,
ut potius mihi et meis incommodent,
quam aliis qui de me posthac inde sa-
merent querendi occasionem. Bene vale-
re opto vestram paternitatem. 1524.